Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



.lxviii.

DEus qui non vis mortē peccatoruz
sed pēr penitentiam et emendati
onem vitam semp inquiris. te suppli
citer deprecamur, ut huic his famulo lis
tuo tuis secularibus actibus renuntiāti
bus largè tue pietatis gratiam infundere
digneris. quatenus castris tuis inserta
ti. ita tibi militando stadium vite pre
senti pcurrere valeat. ant. et pravium
eterne retributionis te donante perci
piat. ant. P xpm dnm n. Oratio.

DEus qui nos à seculi vanitate con
uersos ad supne vocationis accen
dis amorem. pectoribus nostris purifi
candis illabere. et grām nobis quâ in
te perseuerem? infunde. ut protectionis
tue muniti psidijs. quod te donante
promisimus. impleam?. et mre professi
onis exec utores effecti. ad ea que cre
dentibus in te dignata es pmittere ptin
gamus. P xpm d.n.

DEus qui renuntiantibus sclo Oratio.
mansionem paras in celo. dilata huius
congregatiōis habitaculum temporale